

## Sermo

## XXII

9  
 Timentium vero malum est bestialitas sive  
 asinitas. Facit enim hominem brutalem  
 et bestialem. Unde Bernardus ait. Nihil  
 bestiali homini qui est ratione vigens  
 et non ratione utens. Sepe enim tales virtuo-  
 sis et virtutibus detrahunt: imo quicquid os ponit  
 in celum diuina opera blasphemantes: et de ra-  
 libus ut scriptum est. Ps. ij. Ibi velut ir-  
 rationalia pecora. sequitur que ignorat. blas-  
 phemantes. Ad tales prophetam ait. Nolite fieri  
 sicut equus et mulus etc. Per equum peccates  
 aperte: et per mulum peccates occulte: bestia  
 li ignorantia venorant. Equus enim fortis est  
 et luxuriosus superbus ut tenet non discer-  
 nit selesorem recalcitrat: et aptissimus et puris-  
 simus est ad bellum. per quas proprietates diu-  
 sa manifestorum peccatorum genera significant.  
 Mulus enim ex nobili et ignobili generat: et  
 per hunc intelligere possumus hominem hypocri-  
 tam et simulatum. In horum vero generatione pueni-  
 unt nobile. scilicet opus de genere bonorum: et igno-  
 bile. scilicet intentio corrupta. Nam tales semper  
 nobilitatem demonstrant et ignobilitatem occul-  
 tant: sicut parabolice de mulo fertur qui inter-  
 rogatus a vulpe de quo genere fuerat respon-  
 det quod pater suus erat magni regis equi hispa-  
 nie. Lix vulpes ait. Non quero de matre sed  
 de patre. Mulus autem noluit indicare. Pec-  
 cantes vero manifeste seu similes ex ignorantia  
 efficiuntur bestiales: sicut equus et mulus  
 quibus non est intellectus.

**Ignorantia precipitat in in-  
 bilia mala que interim ignorat  
 Capitulum. vi.**

9  
 Verum vero ignorantie malum dicitur ruina  
 Nam populum precipitat in in-  
 bilia mala tam culpe quam pene. Unde  
 Proverb. xvij. Qui custat discere incidet in  
 mala. Et Isido. Nihil stulticia peius. nihil  
 insipientia deterius: nihil ignorantia turpius et  
 ignominiosius. Ignorantia est mater et nutritrix  
 omnium vitiorum. Quid sit damnum culpe non sen-  
 titur: insipienter quidam peccat et ignorat. Ideo  
 lamentabiliter Osee. iij. dicit. Non est scientia  
 domini in terra. Maldictum mendacium homici-  
 dium furtum et adulterium insidauerunt: et san-  
 guis sanguinem tenuit. Propterea lugebit  
 terra: et infirmabit omnis qui habitat in ea.

**Ignorantia pducit ad interi-  
 tum sempiternum et ad tene-  
 bras exteriores. Ca. vij**

9  
 Spiritum autem malum mortalitas

dicitur. Perducit enim ad interitum sempiternum  
 Ideo dicitur Job. iij. Quia nullus intelli-  
 git in eternum peribit hec ignorantia est bestia  
 que ascendit de abyssu Apoc. xi. de quo abyssu  
 Job. xxvij. Abyssus non est in me. scilicet lumen  
 sapientie dei. Hinc dicit Proverb. viij. Qui  
 me oderunt diligunt mortem. ac contra i eo-  
 dem. c. dicit. Qui me inuenerit inueniet vi-  
 tam et hauriet salutem a domino in presenti per gra-  
 tiam: et in futuro per gloriam. Ad quam nos pdu-  
 cat vera sapientia christus. Qui cum patre etc.

**Feria. v. post secundam dominicam in  
 quadragesima de suppliciis infer-  
 nalibus omnium damnatorum et ma-  
 xime quorundam sceleratorum. Ser. xvij**

**Ortus est di-**

9  
 ues et sepulchrum est in inferno Lu-  
 xvij. et in euangelio hodierno.  
 Licet enim beatus Job. in. i. cano.  
 sua. c. iij. dicat. Quis timor non est in charita-  
 te sed perfecta charitas foras mittit timores  
 tamen in mente ubi reperitur timor humiliat  
 ex sua misericordia a deo donat amorem in flammans qui  
 timorem illum expellit. et dei amore in regno  
 anime regnare facit. Hec duo requirunt ad h  
 ut cum deo aia gratie glitino copulet. scilicet ti-  
 mor et amor. Unde August. li. de ciuitate dei. et ha-  
 betur de pe. di. ij. hec que ponit exemplum.  
 Quis sicut quoniam volumus suere vel duos panes  
 diuersos iungere. habemus acum et imponi-  
 mus serici filum: sicque suum pannum. tandem  
 coniuncto in simul panno ipso filo serici rema-  
 nente remouet acus. Sic ad copulandum ani-  
 mam peccatoris cum ipso deo requiritur acus. scilicet  
 timor inferni qui pungat hominis mentem et serici  
 filum. scilicet amor dei quem introducat ipse ti-  
 mor inferni. Porro his duobus anima cum  
 deo copulatur per gratiam remanente serici filo: quod  
 charitas nunquam excidit. i. Lxx. xij. Excluso  
 acu timoris inferni. Assumam ergo hodie  
 acum huius timoris que introducat in nos  
 filum diuini amoris. Plane de ipso Apoc.  
 iij. Jo. ait. Et tertius angelus secutus est  
 dicens voce magna. Si quis adorauerit be-  
 stiam et imaginem eius. et accipit characterem  
 in fronte sua aut in manu sua: hic bibet de vi-  
 no ire dei. quod mixtum est mero in calice ire ip-  
 sius et cruciabit igne et sulphure in conspectu  
 angelorum sanctorum. et ante conspectu agni. et fu-  
 mus tormentorum eorum ascendet in secula se-  
 culorum. nec habebunt requiem die ac nocte. q.